

Edictum contra Transgresso-
res constitutionū z ordi-
nationum Sacri con-
cilii Latera-
nensis.




2-16



2 400 40
Galea

2-16

**Edictum contra Transgresso
res constitutionū z ordi
nationum Sacri con
ciliū Latera
nensis.**



Edictum contra transgressores Con-
stitutionum. & ordinationum
Sacri Cōcilii Lateranensis

LECTUM IN AUDIENTIA ANTONIUS LAELIUS
LOCUMTENENS.

QUVM Sanctissimus in xpo Pa-
ter & Dominus noster Domi-
nus Leo diuina prouidentia
Papa decimus solita sua so-
ler-
ti Cura supra gregem domini sibi cōmis-
sum inuigilans diuersa salutaria instituta
ubiq; terrarū & presertim ī hac alma urbe
totius christianitatis primaria obseruan-
da presenti sacro sancto Lateranensi Con-
cilio inter alia pro more & officialium
Romane curie Reformatione indicto ap-
probante / & diuino spiritu operāte / edide-
rit & toto cordis affectu prospexerit ut ec-
clesia que christi corpus existit. capiti suo

saluatori nostro quā cōueniēter cōuenire
posset famularetur Cū. n. ecclesia ipsā sine
ruga & macula eē deceat Plura nephādo
rum scelerū & nota abusuū ac prauarū
consuetudinū succicta atq; cōspersa ap
parere nullibi debet Et precipue Rome
unde reliqua Christianitas probos mores
edoceri consuevit & cum precordiis pre
fati sc̄tissimi. domini nostri firmiter ince
dat ut postquā uerbo preuia sancti spiri
tus admonitione premissa instituta fuerūt
ad omnipotentis dei laudem opere com
pleantur Nos Hieronimus de Ghinuciis
Dei & apostolice sedis gratia Episcopus
Asculan. Curie causarū camere apostoli
ce generalis auditor & iure officii nostri
huiusmodi decretorum apostolicorum
& sententiarum ac cēsurarū in Romana
curia latorū ordinarius executor Licet sa
cro sancta huiusmodi instituta non solum
ad prefate curie incolarum sed ad totius

orbis notitiam certo deuenisse credēdū sit
Ea n. sollempnitate publicata fuere ut ne
mo de eis uerisimilē ignoratiā pretēdere
possit ad retentioem tamen premissorū
sacro sanctorū institutorū cōmemoratio
nem Attendentes parum esse iura conde
re nisi essent qui ea obseruari facerent Ad
officiūq; nostrū in Romana curia per
tineat ut omni diligētia curemus manda
ta apostolica iuiolabiliter obseruari ea p
pter omnibus & singulis uniuersitatibus
capitulīs & collegiis ac qbusuis particula
ribus personis tam ecclesiasticis quam se
cularibus etiā romane curie officialibus
presentes nostras litteras inspecturis Lec
turis siue auditoris ac aliis substitutis pre
dictis quolibet comprehēsis cuiuscunq;
status gradus & conditionis fuerint etiā
si episcopali Archiepiscopali aut alia qua
uis etiam maiori dignitate prefulgeant
Tenore presentium itimamus eosq; distri

Et: & peremptorie monemus ut unusquisque quantum ad eum pertinet omnia & singula in prefato sacrosancto concilio edita & per diuersas lras apostolicas aut alias quomodolibet publicata sub penis in dictis litteris expressis iuxta earundem litterarum tenorem obseruent. Notificantes omnibus & singulis ad quos spectat quod ad executionem penarum antedictarum post terminum decem dierum contra transgressores debito rigore procedetur. Mandantes presentes nostras monitionis & intimationis litteras ad omnem notitiam iterum clarificandam in ualuis apostolorum principis de urbe necnon ualuis cancellarie apostolice ac audientie sacri palatii necnon nostre affigi ac in audientia contradictarum legi earumque publicationem sic factam omnes afficere ac si eis personaliter intimata foret & licet per impressores urbis tot fere omnium dictarum litterarum exemplaria confecta sint

ut unusquisque earum copiam ab eis qui ea uendere soliti sunt aut habuerit uel habere possit. Ne tamen quispiam sub preteritu huiusmodi se excusare possit omnes litteras in dicto concilio editas etiam adhuc forsitan non impressas infra scripto notario tradidimus eisque mandauimus ut unicuique petenti earum copiam tradat. Datum Rome in domo nostre solite residentie sub nostri sigilli impressione Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo decimo sexto indictione quarta die uero primo mensis octobris Pontificatus prelibati sanctissimi domini nostri domini Leonis diuina prouidentia. pp. x. Anno quarto.

P. Q. C.

Guillelmus de Vegio Not. subscriptus.

CAnno a natiuitate eiusdem domini mil
lesimo quingentesimo sexto decimo Indi
cione & ponti. quibuscunq; die uero. pri
ma mensis Octobris. presentes littere affi
xe & publicate fuere In basilica. S. Petri
de urbe ac audientie. Causarū sacri Pa'atii
apostolici. ualuis & successiue die secūda
eiusdem mensis Octobris i acie campi flo
re. necnon Cancellarie apostolice Arcis
S. Angeli de urbe & prefati. R. P. D. Au
ditoris camere ualuis. copiis. earundē sub
simili sigillo. Vidi. R. P. D. Auditoris Ga
mere ac D. Gulliermi de Vegio. eiusdem
Not. manu subscript. i singulis locis. pre
dictis. dimissis per me Iohanne Iurderi
S. D. N. Pape Cursorum.
Dominicus de uillanis. magister Cursoꝝ

Handwritten text, likely a signature or date, mostly illegible due to fading.

